

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Juris Circa Christianos Muhammedici Particulæ**

**Callenberg, Johann Heinrich**

**Halaе, MDCCXLI.**

**VD18 13442570**

III.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

10 JURIS CIRCA CHRISTIANOS

*senex, -- claudus, cæcus.* Furtim rapere licet homines ex hostico. Captivos dux interficit, aut facit tributarios, minime vero eos hosti reddit. Idem: *Si velit eos interimere, interimat ipsos, captivos, imperator: sin velit relinquere eos, ipsos relinquit, tributaria clientela obstrictos Moslemis.* Non licet autem remittere illos in hostium regionem. Inde Jurisprudentia Moslemica delabitur ad leges testimoniij, cuius nulla est fides, si ab infidelibus in Mosleum dicatur. Abulleithus: *non admittitur eorum testimonium propter defecatum, qui in iis est, scilicet infidelium, allatum adversus Moslemos.*

III.

Progedior ad *clientes, tributariosve*; quoniam designantur, quotquot muhammedico imperio sese subjecerunt, penduntque tributum. Complectuntur igitur nomine hoc etiam christianos, in ditione illorum degentes. Ab his non postulantur decimæ, quæ de certis frugibus dari solent. Abulleithus: *consentiantur*

*in*

---

*Si velit, p. 347.*

*Non admittitur, 367.*

*Consentiantur in eo, p. 61, 62.*

## MUHAMMEDICI PARTICULARÆ.

*in eo, quod si fruges istæ reperiāntur in terra tributaria, non dandæ sint decimæ illarum. Qui sibi adjunxit fœminam, dum hæc in eo versatur statu, quo viri commercium ei detrectandum est, nihil cum illa contraxit. Hæc lex a doctoribus ad tributarios extenditur, ut Moslemus tributarii filiam tum nequeat habere; neque sponsus & sponsa, licet ambo tributarii sint, conjugium stabile possint facere. Status autem ille consistit in iunctu mariti, divortio & profluvio menstruo. Idem statutum de conjugio, sine testibus facto. Ictus ille: Si vir mulierem duxerit in matrimonium sine testibus, aut in statu, quo vetitum rem habere cum fœmina, etiamsi illa sit ex tributariis, non licet: nec licet, quamvis ambo sint tributarii. Quod Moslemis de alenda familia præscriptum fuit, id sic applicatur ad tributarios, ut alere jubeantur patrem, avum, aviam, nepotes, uxores, licet Islamiticæ religioni deditos. Obligati sunt tributarii ad sumptus faciendos in septem (sex) species Moslemorum, scilicet*

B 2

licet

*Si vir mulierem. p. 97.*

*Obligati sunt. p. 102.*

licet ad sumtus suppeditandos patri, avo, aviae,  
natis, nepotibus & uxori. Dimissa a Mosle-  
mo mulier gentis tributariae effugit scortatio-  
nis infamiam. Idem: Quinque sunt species  
mulierum, quibus non convicientur pii, tan-  
quam scortis -- mulier, tributarii filia, di-  
vortio sejuncta a conjugе moslemo. Infans ex-  
positicius, sublatus a tributario, ab hoc appella-  
tionem generis, religionem vero sumit a  
loco, ubi expositus fuit: moslemicam, si in-  
venitur in agro, aut urbe Moslemorum; eam,  
quam tributarii colunt, si in horum urbibus,  
ædibusque sacris reperitur. Abulleithus: Si  
is, qui tollit abjectum infantem, tributarius  
est, & tollit illum in agro Moslemorum, aut  
in una urbis illorum, stabilitur quidem ejus  
infantis relatio ad illius prosapiam, si eum ad-  
sciscat filium; at erit Moslemus: nisi eum su-  
stulerit in urbe gentis tributariae, vel in templo  
Christianorum, vel in Iudeorum æde sacra Qui  
alterum data opera interficit, itidem interimi-  
tur; nec ulla admittitur expiatio. Moslemo  
etiam

Quinque. 123.  
Si is, qui tollit, p. 280.

etiam infligitur hæc pœna, qui vitam eripuit tributario. ICtus noster : "Quod attinet ad cædem, de industria patratam - - necessaria ob eam est pœna talionis, nec locum habet expiatio; perinde est, sive servus oecidatur, sive tributarius. Amittunt tributarii clientelam sublatione fæderis, & transfugio ad inimicos. Fœdus tollitur metu, bello suscepso contra moslemos, & impedita solutione tributi. Ita ille : "receditur a clientela duobus modis, abjectione fæderis, & ingressu hostiei. Abjectione fæderis fit triplex ratione : timore - - pugna adversus gentem Islamicam, & prohibitione solvendi tributi. Qui ad testimonium tribuendum habetur inceptus, si testis producatur contra tributarium; cum quoque rejicitur. Idem : "non admittitur testimonium illorum, propter defectum, qui in iis est; nempe prohibiti a dicendo testimonio, oppositum tributario. Ipsorum vero testimonium, quod invicem alter dicit in alterum, accipitur, tametsi defectum habeat,

B 3

*Quod attinet. p. 325. 326.**Receditur a clientela. p. 345.**Non admittitur. p. 367. sq.*